

VI-2

m PV 63. *Wespa FWB,*

lung.

lucrum et quedam de na-
n ita velox est, ut si eum
velociter volaret. 4 De natura
volat in aerem, in calorem
appropinquat. 5 Et caro
de carnibus illius comedet
pleniter naturam volucrum
in utraque natura defec-
ta ponet, speluncam querit
raminis ita artam 8 et con-
propter timorem quem de-
tunc leo a longe illa odorat, et
fringit, quia **grifo** ei semper
tem eius deditans, 10 cum
one est. 12 Et ova sua hoc
atus venti tangere possit. 13
n eo sunt ad medicamenta
defectum magis quam per-

Struz / (*Strutio*) valde calidus est, et de natura bestiarum in se habet. 2
Nam pennis volucrum habet, sed cum eis non volat, quia velut bestia
velociter currit, 3 et pennis ad saltus levat et sic currit, atque circa terram
versatur, 4 et mundis pascuis vescitur. Et tanti calor is est, quod ova eius
comburerentur, et quod fetus non proferret si illa per se foveret; et ideo illa
in sabulo abscondit, 5 qui et humorem et calorem habet et in ipso foventur.
6 Sed postquam pulli de ovis illis exierint, post matrem et cum matre
currunt, velut alii pulli faciunt. 7 Homo autem qui **uallende siuchte** habet,
de carnibus strutionis sepe comedat, et ei vires tribuunt, 8 atque insaniam
caduci morbi ei auferunt. 9 *Nam calor et fortitudo carnium strutionis exterritum et*
in debilitate fortem morbum istum sedant. 10 Sed et pinguibus et fortibus homi-
nibus caro eius ad comedendum bona est, 11 quoniam superfluas carnes
eorum minuit, 12 *quia forti calore suo fetidos et superfluos humores devastat,* 13 et
eos fortes facit; 14 macris autem et 15 infirmis non valet, 16 quia eis ad esum
nimis fortis esset. 17 Et qui melancolicus est, 18 ita quod gravedinem et
torporem mentis habet, 19 de iecore eius sepe comedat, 20 *propter fortitudinem caloris sui,* 21 et melancoliam in eo minuit, atque mentem ipsius alle-
viando suavem et blandam facit. 22 *Quoniam bonus calor et bona virtus eiusdem*
iecoris frigiditatem melancolie consumit. 23 Ova eius ad comedendum non valent, quo-
niam 24 si eas homo comedet, 25 infirmitatem ipsi inducent, 26 *propter nimium*
calorem earum et quia etiam aliquantum 27 venenosa sunt. 28 Sed si quis hydropicus
est, testas eorundem ovorum de quibus pulli egrediuntur, in pulverem comminuat, et
pulverem illum in aquam ponat, et eum tam pransus quam iejunus sepe bibat et cu-
rabitur. 29 Nam teste ovorum egredientium pullorum contra morbum istum accipiuntur,
quia per egredientes pullos mundate sunt, quoniam feditatem que in eis fuit secum
abduxerunt, fortis autem calor qui eadem testas perfudit, aquam que in ydriopico est
consumit, et siccitas ipsarum eandem aquam exsiccat et in aqua sumetur, ut per mun-
dam aquam inmundam aqua ydriopici mundetur. 30 Cor autem strutionis et pulmo
et cetera que in eo sunt, ad medicamenta non valent, quia nec virtutem
volucrum nec virtutem bestiarum perfecte habet.

VI-3

Pavo calidus et humidus est, atque de natura volucrum atque de natura
bestiarum in se habet. Et vox eius secundum volucres et secundum bestias
permixta sonat. 2 Nam antequam pavo esset, quedam bestiole libitu suo
quibusdam volucribus se commiscuerunt in coitu, et inde pavones facti
sunt. Et pavo acer et astutus est, et altitudinem aeris non multum alte in
volatu petit. Et pavo qui masculus est tortuosus et incestos mores habet,